



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Ad Concilium aduocatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

caro, cum diu robore sustentata spiritus durasse tandem non procul à meta, hebdomada ipsa maiore succubuit. Sed breui Deus piorum vota, miserorū necessitates respexit, vt explicitus morbo reponeret in Paschali lætitia quod fuerat in Parasceues mœstitia persoluendum. Extiteret enim ex diuina semine vberimæ, si vnquam, fruges. Mille amplius hoc anno, quam superioribus annis per sanctam Christi anastasiā ad diuinā pulas obseruatum est accessisse. Inter adiungenda ad Ecclesiam duo præcipuè spectandi fuere. Vn- go prænobilis, eademq; Comes, quæ quanquam discessura esset Augusta, & ad Hæreticos, vnderat, propinquos reditura, tamen fiduciæ tantum concepit, vt inter eos non desperarit, Christi beneiuuante, obtenturam in agnita veritate constantiam: & Patricius Augustanus, qui tota vniuersitate grauiter à Catholicis alienum gesserat animum, prognatus ex parente, qui Hæreticorum semper columen, & princeps habitus erat.

Vbi perfunctus est paschalibus officiis, obstiti non potuit, quin Patribus Tridentinis mosgereretur. Positis ergò ex itinere Oenipontani Collegij exordiis, Tridentum mense Maio perrexit.

*Ingens ex eius  
laboribus anti-  
marū fructus.*

*Ad Conci-  
lium aduoca-  
tus.*